

vol. 52, 1890 p. 185/6), videtur erravisse (Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 242). — 1) Phocas imperavit Constantinopoli ab a. 602 ad a. 610. — 2) De Smaragdo cf. ad N. 856. — 3) Significatur d. 4 Aug. 608. — 4) Post consulatum. — 5) Phocas consul processit a. 604 (cf. Clinton fast. R. vol. II p. 158); cum autem tempus inscriptionis positae certum sit ex indictione, apparet connumerari ipsum annum consulatus, de qua consuetudine cf. de Rossi inscr. chr. I p. XLII et ad n. 1117, item Mommsen Neues Archiv f. ält. deutsche Gesch. 16, 1891 p. 55 not. 4. 5.

Ad hanc inscriptionem nostris temporibus incisus est titulus VIII 40329, cui originem Africanam attribuit falsarius (cf. Eph. epigr. 5, 1224).

838 . . . . . [o]peribus magnis ex immine-  
 [nti] . . . . . s fortis qua de re introitus  
 . . . . . dimus laudes felicissimis  
 [temporibus dominorum nos]trorum Eraclio et Eraclio<sup>1</sup>  
 . . . . . tino et Eudocia  
 . . . . . samiei.  
 . . . . .  
 Agust . . . . .  
 tissimus . . . . .  
 cum eius co. . . . .  
 m perduxit . . . . .

Prope Theveste duo fragmenta eiusdem lapidis (VIII 40681/2 cf. Eph. ep. 5, 660). — 1) Intellegitur Heraclius (640—644) cum filio Heraclio iuniore Constantino et filia Eudocia.

839 + in temporibus Constantini imperatoris, F]l.<sup>1</sup> Gregorio patricio<sup>2</sup>, |  
 Ioannes dux de Tigisi<sup>3</sup> offeret domum dei. + Armenus.<sup>4</sup>

Thamugadi (VIII 2589 vidit Wilmanns). — 1) imperatori bel lapis. — 2) Gregorius patricius Africae qui memoratur etiam in annalibus ecclesiae propterea, quod coram eo habita est disputatio quaedam de natura Christi (Mansi act. concil. 10 p. 709 seq.), cum descivisset ab imperatore a. p. Chr. 646, anno insequenti ab Arabibus victus et interfectus est teste Theophane chronogr. (p. 545 ed. de Boor). Similia narrantur a Fredegario qui dicitur chron. 4, 84 et in annalibus quibusdam Arabum. Cf. Morcelli Africa christ. 5 p. 570 seq.; Tauxier revue africaine 1885 p. 284 seq. Sub nomine Constantini intellegendus igitur est is qui plerumque vocatur Constans, Heraclii nepos, qui regnavit ab a. 644 ad a. 668. Eiusdem patricii Gregorii nomen legitur etiam in bullis plumbeis repertis in Africa (VIII 40965). — 3) De Tigisi oppido Numidiae cf. C. VIII p. 960. — 4) Non intellegitur (ad Ioannem trahit Tauxier l. c. p. 288).